





1710, 10  
18  
M

COLLEGII JURIDICI  
IN ACADEMIA JENENSI  
DECANVS  
**IO. BERNH. S<sup>r</sup>iese / Ict.**

SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS  
CONSIL. AVL. NEC NON CONSIST.  
ET ANTECESSOR

AD

*CVRSORIAM SOLENNEM*  
SVPER

*L. 3. C. de præsc. XXX. vel XL. ann.*

JVRISPRUDENTIÆ ET OMNIS LIBERALIS  
DISCIPLINÆ PATRONOS ET  
CVLTORES

quando actio nasci duatur? INVITAT

JENÆ,  
LITTERIS WERTHERIANIS,

*Joh. Rügeröh*

19

LIBERIS MELITHEMIS

CATORREZ

INVENTA

DICIMI ILLIGORIS ST

LAURENTIUS HOMERUS HERESVENS

EGYPTI ALEXANDRIENSI

Q. C. S. C. C. C. C. C.

ET ANTEPENO

ACONITUM NIGRUM GOMPHI

SILVERSTRIS SAGITTIFOLIA

SKENESIA SAGITTIFOLIA

DEGENAS

IN VERSIS

CONVIVIALE

IO. BERTRANDUS

HERBARIUS

PLANTARUM

ALLEGORIA

ALLEGORIA



Am fœcunda vel una lingua  
 verborum est, ut hominis me-  
 moria eis omnibus compre-  
 hendendis vix esse posse vi-  
 deatur. Nihilominus tamen  
 insigni hâc ubertate non ob-  
 stante, Vlpianus ad Sabinum scribit, naturâ re-  
 rum conditum esse, ut plura sint negotia, quam  
 vocabula l. 4. ff. de prescript. verb. Etenim cùm  
 naturâ novas subinde rerum formas edere depro-  
 peret l. 2. §. 18. C. d. V. I. E. mirum non est,  
 novis etiam opus esse vocabulis. Ingens hæc  
 rerum copia & varietas, nisi valdè me animus  
 fallit, in causa esse apparet, cur sëpe ex una ap-  
 pellatione tot res suspendantur, & unum qui-  
 dem nomen omnibus sit, vis verò & potestas  
 longè alia. Aristoteli vocantur ὄντες, ob-  
 jiciunturque univocis, quæ præter nomen, quo  
 non

notantur, communione etiam gaudent essentia-  
li, & eidem Philosopho συνώνυμα dicuntur.  
Inter hæc verò quædam media sunt, ut com-  
mune illis quidem nomen sit, ratio verò & es-  
sentialia per nomen illud significata nec omnino  
eadem, nec omnino diversa, quæ & exinde no-  
men communium περὶ ἀριθμοῦ & analogo-  
gorum tum attributionis tum proportionis,  
quæ vocant Scholæ doctores, sortita sunt, sua-  
que sub sphæra plurimas res morales & juridi-  
cas continent. Non diffitemur sub diversa  
consideratione esse aliquid posse univocum uni-  
vocans, ut nihil prohibeat, quò minus etiam in  
numerum æquivocorum vel analogorum venire  
possit, & ita unâ appellatione res diversissimas  
significare. Pertinet præter ceteras cō notio vi-  
tæ, quæ si propriè accipiatur, de illis prædica-  
tur, quæ ejusdem nominis sunt & essentialia, ve-  
luti sunt plantæ, bruta, homines, Angeli, Deus  
denique ipse, ut eruditè & more suo subtiliter  
disputat Oviedo & cum eo Comptonus, con-  
ceptum vitæ in eo constituentes, quod præter  
simplicem emanationem proprietatum sit prin-  
cipium operationis per se, & ex specifica ratio-  
ne immanentis, per quam producatur effectus  
ita ab intrinseco, ut eam ab extrinseco habere  
non

(5) 58

non possit. Præter hæc vero, quibus vocula vita  
propriè competit, per translationem & mortuis  
attribuitur, veluti si qui pro republica ceciderunt, in  
perpetuum per gloriam vivere intelliguntur, pr. In-  
stit. de excus. tut. Ut vicissim mors viventibus:  
Cum enim, qui ob aliquod maleficium in insulam  
deportatur civitatem amittit, eo modo è numero  
civium Romanorum tollitur, perinde quasi eō  
mortuo desinant liberi in potestate ejus esse. §. n.  
Instit. quib. mod. ius patr. potest. solv. Quid?  
quod vita & mors iis applicentur etiam, quæ vitæ  
& mortis non sunt capacia, unoq; nomine inan-  
nata dicuntur; inter quæ actio etiam est, sive ius  
persequenti in judicio, quod sibi debetur, pr. In-  
stit. de act. Actio enim dicitur nasci l. 9. §. 3.  
de pigi. act. vivere pr. instit. de perp. & temp.  
imo & mori l. 3. §. ult. ff. que in fraudi cred. l. 2.  
ff. jud. solv. Multum vero refert, non ignorare,  
quando actio quædam nascatur, quamdiu  
vivat & denique moriatur. Ante vero quām  
nascitur actio, vivere non potest, neque etiam  
mori l. 1. §. 1. Cod. de annal. except. aut expirare  
l. 3. Cod. tit. de ann. Rem hanc difficultate  
non carere, si qua alia, certè pignoratitia dire-  
cta sufficienter docet. Hæc enim est, de cuius  
nativitate, vita & morte in diversa abeunt Do-

ctores. E quibus nonnulli volunt, quod nascatur actio illa, solutâ pecunia, ratione effectus & quoad actum secundum. Sed enim quia mater ejus est contractus pignoris, eoque tanquam causâ posito, ponatur quoque effectus, necesse est: actionem hanc nasci, quoad jus agendi, statim initio contractus cum ipsa obligatio-  
ne, arbitratur Hahnius ad Wesemb. de pign. act.  
n.7. Contrarium sentit Zoes ad Cod. tit. de  
pig. act. quest. 3. cùm indistinctè loquatur JCT.  
in l. 8. §. 3. ff. de pign. act. Certè propriè loquen-  
dô actio non nascitur quoad actum secundum  
sed quoad actum primum, & actus secundus  
præsupponit actionis existentiam. Et si natu-  
ra pignoris, quatenis contractum realem signi-  
ficat, juxta Bachov. ad VVesenbecium de pign.  
act. n. 7. in eo consistat, ut creditor solutô debi-  
to restituat rem acceptam, quæ, etiam satisfa-  
ctione secutâ, adhuc duret, posterior opinio &  
rei naturæ & legibus conformis videtur. Quod  
attinet vitam & mortem hujus actionis, existi-  
mant Accursius, Angelus & alii, hinc ut reliquis  
actionibus sacras constitutiones certum finem  
dedisse pr. Instit. de perp. extemp. act. propterea  
quod si quares vel jus aliquod postuletur, vel per-  
sona qualicunque actione vel persecutione pulsetur  
nibil-

nihilominus erit agenti triginta annorum præscri-  
ptio metuenda, l.3. Cod. de præscr. XXX. vel XL. an.  
Sed cùm hoc commodè intelligi de omni aetio-  
ne & de jure, quod petitur actione, ut sunt de-  
bita & obligationes, quæ petuntur actione in  
personam, idèò alii ut Gail. Myns. Ant. Faber,  
Cacher. juri luendi & repetendi pignus, nullò  
tempore præscribi asserunt, quod nimisrum aetio-  
hæc non nisi soluto debito sit nata d. l. 9. §. ff. d. pign.  
& facultas luendi pignus sit res meræ facultatis,  
creditorque non sibi sed debitori possideat l. 13.  
ff. de usurp. & usu cap. Hanc priori, cùm æquior  
sententia sit ob debitorum favorem, alteri præfe-  
rimus, neque tamen latius rem jam persequi-  
mur, maximè cùm hoc ipso labore defungi in  
se suscepit Clarissimus Jurium Candidatus.

## IOANNES Rügeröß

Natus is Camburgi est, Patre Viro Nobis-  
simo & Consultissimo IOANNE DANIE-  
LE Rügeröß/ Jurium Doctorando, illustris Re-  
gimini Saxo- Isenacensis Aduocato meritissi-  
mo, nepos IOANNIS Rügeröß/ cititatis Her-  
fordiensis Senatoris primarii & MARGARE-  
TÆ ELISABETHÆ e Giesorum familia, cu-  
jus decora & dignitatum titulos multis oster-  
dere esset & commemorare, si, præter spirantia  
hodie-

hodieque nomina inclyta, CONSTANTI-  
VM, illustrem Baronem de Gielen, Consi-  
liarium intimum, & Cancellarium Serenissimi  
Electoris Palatini ac GEORGIVM de Giesen,  
Regiae Majestatis Daniarum Status Ministrum  
& apparatus Bellici Commissarium Generalem,  
alios vellemus in praesenti quidem recensere,  
quibus stirps isthac splendorem & lucem debet.  
matrem vero habet VRSVLAM HAVMAN-  
NIAM eximiam foeminam, Amplissimi quon-  
dam Viri IOANNIS HAVMANNI, Sere-  
nissimorum Saxoniae Ducum, primum Saxo-  
Vinariensis, Domini WILHELMI Patris, po-  
stea Saxo-Isenacensis, Domini ADOLPHI Fi-  
lli, domestica quadam gratia, cum in Capellen-  
dorffinatum Gerstungensi, Praefecturis, integros  
fere triginta annos, Quæstoris: & ELISABE-  
THÆ HOFFMANNIAE Filiam, neptem Am-  
plissimi itidem & Nobilissimi HOFFMANNI  
in Ienensi Praefectura olim jam Quæstoris mune-  
re insigniter functi. Simul ac ætas capax litte-  
rarum visa fuit, è Rectore ludi patrii Dn.  
Preßelen/ domique juxta Præceptorum opti-  
morum disciplina facile hausit, quibus imbuī  
& præparari rudes anni solent, in ubiorem cul-  
tum unà cum fratre natu minore, Scholæ hu-  
jus

AS (9) 56

jus oppidanæ Rectori bene merito Dn. M.  
LAVTERBACHIO deinde traditus, cuius fi-  
delissimam informationem honorifice sibi non  
esse non deprædicandam existimavit. Postea  
verò quām complexus animo esset Latinæ Lin-  
gvæ usum, aliaque, quæ ad liberiora studia af-  
ferri subsidia decet, in Academiam hanc se-  
cessit, Pro-Rector Magnifico & Excellentis-  
simo WEDELIO cīcīcī sextō & decimō  
mensis Julii in numerum studiosorum coopta-  
tus. Ex quo nihil magis pensi habuit, quām  
in litterarum ex philosophiæ studiis ut seriam  
porrò operam poneret, quotidieque incremen-  
ta consequeretur majora. Itaque sub ductu  
Adjunctorum Facultatis Philosophicæ Präcla-  
rissimorum KRIEGKII & STOKII iis se in-  
struxit, quibus in limine Academiæ exerceri &  
subigi ingenia liberalia solent, alterò in histo-  
ricis & conscribendis epistolis, altero in Logi-  
cis industriam hanc moderante. Post hos as-  
sestatus est Viros Excellentissimos, per præci-  
pias quidem disciplinas philosophicas Dn.  
LVNGERSHVSIVM, in exercitiis dicendi Dn.  
POSNERVM, & Dn. HAMBEGERVM in  
mathematicis. Quibus rebus hoc minus fiebat,  
ut differret præpostere, à quibus initia capere in-  
tererat

B

tererat, sed majori cum fructu utilitateque ad scopum suum se accingebat. Quippe quam etiam telam exorsus, id sibi negotium dari existimavit, ut ad celeberrimos Juris legumque Doctores ac interpretes adiret. His cogitationibus igitur cum induisset animum, absoluto sub manuductione Nobilissimi Consultissimique Dn. HERTELII Juris Vtriusque Doctoris & Curiæ Provincialis Advocati Ordinarii, Jurisprudentiæ Civilis, quem vocant, cursu, in privatibus juxta scholis & auditionibus Prænobilissimi, Consultissimi & Excellentissimi Dn. Doctoris SCHROETERI, Jurium Professoris publici celeberrimi inter alia ad jus publicum commentantis, multum profecit, eoque tandem progressus est, ut in palæstris publicis opponendo etiam personam suam tueretur. Inter haec cum devotissimæ pietatis dedit specimen, tum quod non frustra in studiis eloquentiæ fuerit, ostendit, quum  
cicccvii. d. ix. Junii Serenissimi Principis ac Domini, Domini CHRISTIANI, Ducis Saxoniæ & reliqua, Domini quondam Clementissimi sui in manes Excelssimos officium supremum executus, parentalem orationem de vita & actis Divi Principis publicè in templo Academico haberet: & non multo post d. XI.

Jan.

Jan. cīc 15cc lxx. etiam Serenissimo Principiac  
 Domino Domino ERNESTO AVGUSTO.  
 Duci Saxoniæ, reliqua, de felici è Belgio & Gallia  
 reditu pari cum subiectione gratulatus est. Sed  
 ut ad id revertar, unde sibi Candidatus noster  
 præmia & mitram expectat, non præteribo,  
 eundem totum denique se mihi applicuisse, eā  
 cum fiduciā, fore, ut inter mea commercia  
 consequeretur, quæ ad consequenda vota sua  
 requiri adhuc ipsi videbantur. Quibus etiam  
 confectis spatiis suum collegio nostro profes-  
 sus nomen, modestè petiit, ut in numerum  
 Candidatorum recepto fores ad consueta ex-  
 mina aperirentur. Tantum verò absuit, ut il-  
 lud deferre dubitaret petenti, ut potius omnes  
 faventes in hac optima causa haberet, & præsti-  
 tis omnibus præstandis communi consensu di-  
 gnus judicaretur, cui occasio daretur amplius  
 partam iis nominibus laudem solennibus cete-  
 ris monumentis extendendi. Itaque crastinō,  
 horā X. antemeridiana de L. 3. Cod. de præscr.  
 XXX. vel XL. an. jussu & autoritate laudati col-  
 legii nostri diligenter videbit, omniaque afferet,  
 quæ ad ubiorem ejus interpretationem facere  
 existimabit Quod institutum ut Magnificus  
 Dominus Pro-Rector, Aulæque & Academiæ

B 2

Pro-

55 (12) 55

Proceres, Venerandi Sacrorum Antistites, o-  
mnium Ordinum Doctores & cum primis Ge-  
nerosissima lectissimaque Studiosorum fre-  
quentia celebrent ornentque omni ratione pe-  
to, navaturus diligenter operam, ut mea omni-  
bus vicissim constent officia. P. P: VII. Id. Dec.  
ccccxci



B

**ULB Halle**  
003 330 850

3



*96.*





COLLEGII JURIDICI  
IN ACADEMIA JENENSI  
DECANVS  
**IO. BERNH. Stiese / Ict.**  
SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS  
CONSIL. AVL. NEC NON CONSIST.  
ET ANTECESSOR  
AD  
*CVRSORIAM SOLENNEM*  
SUPER  
*L. 3. C. de præsc. XXX. vel XL. ann.*  
JVRISPRUDENTIÆ ET OMNIS LIBERALIS  
DISCIPLINÆ PATRONOS ET  
CVLTORES  
INVITAT  
*quando actio nasci ducatur?*  
JENÆ,  
LITTERIS WERTHERIANIS.  
Joh. Ringeröh  
10